



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Catharina Sveca V. 22. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

ducere se amabat, attentioribus oculis arbitratus, vidit à Stygi coloris nano vestis orā prehensum ē templo trahi. Castigavit virgis vagum, & ecce parvulus etiam ille ē Styge Mauritius. tergum, ne virgis daret, fugae dedit. At BENEDICTVS castra sanctissima in monte Cassinate locavit: illic everso Apollinis fano, postquam veriora cūm aliis multis, tum Totilæ imprimis oracula dedisset, famâ, & discipulis orbem impletset, sibi etiam denique vates sepulchrum parari jussit, & inter suorum manus, ut Ducebat, stans oppetiit. Mox duo Magistrum capere viderunt in cœlos viam, amplam illam & veste pulcherrimâ stratam, multiisque luminebus coruscam. Eam tunc nescio quis Cœlum viam Benedicti; D. Bernardus illius leges dixit; ut jam mirum non sit, si eandem tot Pontifices & Reges calcarunt. Nam viam ad cœlum expeditam & jucundam quærebant, vel mundo Dottore. Ex S. Greg. M.

Illud Sathanæ opus est, ut cogitationes orantibus infinita jaculetur, nec sinat hominem in ea persistere postulatione, quam impetrare contendit. Novit quippe, quod si perseveret deprecans, exaudiet eum, qui fecit illum, et si innumerabilia peccata admiserit. S. Ephrem in Pan.

S. CATHARINA SVECA V. 22. Martij.

INfans CATHARINA respuit impirarum nutritum ubera, castarum ambiit, Veneris jam in cunis hostis. Puella pupas tractavit; sed cūm pupas induitæ dæmones verberarent dormientem, etiam has sibi Venerem jussit habere. Viro nupta dotem virginitatem attulit, & arrham virginitatem vicissim ab ipso accepit; quæ ut tutæ in thalamo ctiā dormiret, humili hunc stravit, vilibusque panni-

152 · VITÆ SANCTORVM. 23. Mart.

panniculis, licet è principe familiâ esset, involvit.
Quæ virtus ita cœli Reginam cepit, ut vultu blan-
diffimo CATHARINAM intueri sit visa, at torvis
oculis socrum, quod vestium luxum hæc amaret.
Interim centonibus CATHARINÆ Deus purpuræ
splendorem non semel addidit. Romæ cum age-
ret, pudicitia custodem B. Sebastianum sibi legit,
opemque sepiùs ejus præsentem sensit. Gravius
nihil aggressa est vel facere ipsa vel alteri suadere,
quam VIRGINEM Angeli verbis salutasset. Casti-
gavit tamen MATER MAGNA clientem suam, cum
præter Brigitæ matris & virorum Religiosorum
voluntatem, patriam cogitaret. Visa est enim sibi
CATHARINA inter mundi laborantis incendia
frustra opem à VIRGINE rogare, nî Majorum vo-
luntati pareret, & patriam cœlo posthaberet.
Mortua est pridie VIRGINIS ANNVTIATÆ, cum
plures annos quotidie aniinum confessione expi-
set. Funus Ericus Rex suis humeris extulit. Cr-
ulum stellam legauit, quam funus comitaretur. Mir-
aris nobiles funeris curatores? Nobiliores anima ha-
buit, Angelos. Ex Surio.

Vitam tuam quotidiana discussione examina; at-
tende diligenter, quantum proficias, vel quantum
deficias: qualis sis in moribus, & qualis in affecti-
bus: quam similis sis Deo, vel quam dissimilis,
quam propè vel quam longè, non locorum interval-
lis, sed morum affectibus. S. Bern. l. Med. c. 5.

S. O T H O C O N F. 23. Martij.

Romæ natus OTHO Palladi primam æratem
devovit. A Pallade deinde ad Martem trans-
iit, utroque propitio. Nam & literis excultus, &
armis præstans Lothario Imp. cum hic Innocen-
tio